



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum**

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In  
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim  
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

**Leonardelli, Bonaventura**

**Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739**

Q. 3. An Clericus non habens, unde honestè vivat, licitè negotietur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41144**

pro cultura suorum agrorum, etiam cum animo ea postea revendendi, vel empta sine animo vendendi, postea oblata occasione opportuna carius vendere, ut notant, cirt. DD. quia negotiari non est solum emere, & carius vendere, sed emere eo fine, & animo, ut carius, & cum lucro vendas, & hinc casu, quo Clericus aliquid pro se, vel suorum necessitate, aut utilitate emit, si uti illò ex quacumque causa non velit, vel non possit, vel si quid post usum remaneat, potest sine metu incurrendi aliquam pœnam vendere pretio etiam majore, si tamen sit pretium justum, & tunc currens.

594 Ad 3. Q. An Clericus non habens sufficientem sustentationem licitè negotietur? R. si non habeat, unde decenter sustentetur, nec alius honestior modus suppetat victum sibi comparandi, licitè utique ad negotiationem exercendam recurrit, ut notat S

Thom. 2. 2. q. 187. cum Gloss. in can. negotiatorem cirt. & communi aliorum. Et ratio est, quia necessitas legem non habet, & leges Ecclesiasticæ non obligant cum gravi incommodo, & rationabili necessitate urgente, ut constat ex aliis legibus Ecclesiasticis: Unde infert Molina, Religiosos illos, qui in Braslica Regione Gentilium conversioni intenti rebus multis ex Hispania ad suam sustentationem indigent, neque pecuniæ ipsis suppetunt, quas pro iis comparandis in Hispaniam mittant, posse alias merces submittere, quarum copia ibi est, ut earum pretio necessaria in Hispania sibi comparent, & procurent, quia, inquit, in tali casu locum habet Epykia, ne ex victus defectu desint operarii necessarii ad illam vineam excolendam. Id, quod sapius imò etiam nuper contigit, ubi maxima copia ejusmodi mercium ex Mexico hunc in finem in Germaniam submissa est.

